



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 7. Acedia in duritiam & desperationem degenerans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](#)

VII.

ACEDIA
IN DVRI-
TIAM ET
DESPERA-
TIOREM
DEGENE-
RANS.

Prou. 26.
13.

Psal. 31.
4.

Cuius rei exemplum habemus, in hoc Parisiensi adolescentे. Agrotauit, ut se sentiret percussum à Deo, velut pigrum asinum, qui excitatur, dum verberatur. Sed durus erat, & persuasu difficilis, similisque hostiæ Agamemnonis: quippe contrarium in eo effectū peperit morbus, immo diabolus. Neque enim ictus sapuit, sed insaniuit. Nam qui, terum piarum tædio, negligere assuetus erat omnem virtutum exercendarium occasionē, etiam in hac ægrorum schola nihil profecit.

Verè nimirūm dixit Salomon: *sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo.* Ostium sæpe mouetur, sæpe vertitur in cardine suo, nec tamen locum deserit, sed semper reddit eō, vnde fuit apertum: ita piger in lectulo suo vertitur, sed semper ad peccandum reuertitur. Nec raro morbi caussam agnoscens

ait: *Die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina:* sed conuertitur tantum ad conscientiæ stimulos, non ad Dominum; pungitur, non compungitur; cruciatur, non emendatur; offertur illi gratia, qua non vtitur; quasi pila manco remittatur, datur enim tali beneficium, cuius voluntas non est parata ad accipiendū. Intuens igitur turbato men-

eis

tis oculo & iste adolescens flagitorum suorum multitudinem, criminumque enormitatem, ultimam addidit coronidem impietatis, ut desperaret. Huc scilicet perducit Acedia, ut clientem suum, qui per inertiam est domicilium dæmonis mali, ac plurimis ab hostibus oppugnatur, omnibus præsidijs exuat, armisque spiritualibus destitutum, discrimini expponat. Qui enim de salute sua solitus anteà non fuit, nihil habet, quo se defendat, tempore necessitatis. Anima itaque illius, est instar militis sine galea, sine lorica; sine clypeo inter tela versantis; est instar vrbis, quæ sine mœnibus aut munimentis, hosti vndique peruia, exitium nusquam à se excludit. Ite igitur, pigri; ite, inertes, & negligite virtutē; fastidite bonum quod inchoastis; veniet tempus, quod ostendet, quid sit, pietatem neglexisse. Tristitia hæc vestra, de re spirituali; iste remissi animi, ad bene operandum, languor, hoc tedium virtutis, hæc animi fatigatio in ipsam tandem desinet desperationem. Sed ad decubentem nostrum iuuenem reuertamur.

Is, dum partim corporis molestijs, partim animi intemperijs agitatus, nullam noctu neque corpore, neque animo quietem, neque som-

S. Greg. p.
P. cur pa-
stor. ade-
mon. 16

VIII.
Dei Pa-
tris Ego
GA PEC-